Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Questiones: de paruulis Iudeorum Baptisandis: a co[m]mumi doctorum assertione dissidentes

Zasius, Ulrich

[S.l.], 1508

Anteloquium

urn:nbn:de:bsz:31-271665

Visual Library

Anteloquium

Egregio & clariſſimo viro: Henrico kolher: Iuris pontifi-
tij doctori: Canonico eccleſię collegiatę ad ſanctum Pe-
trum iuniorē Argētine: Rectori eccl'ię Friburgeñ. Vdal-
ricus Zaſius: Legum doctor: earumq; ordinarius: in flo-
rentiſſima Achademia: ſtudij Friburgij. S. P. D.

Superioribus dieb⁹: Egregie ac clariſſime vir: Cum in eo
bello: quod Regia Maieſtas: contra principem Palatinū i
mouit. Iudeus quiſpiam a noſtris captus: pecuniā promi-
ſiſſet. filioq; dato pro obſide: pepigiſſet: vt is pecunia ꝑſo-
luta reſtitueret. Filius aūt in noſtrā deductus ciuitatem
Baptiſma peteret: Et te preſtantiſſime Henrice. ꝓ ea cō-
miniſtrāda: Supplex accurreret. Ingens inter doctos orta
eſt diſceptatio: dictū ne filiū: q̄ intra ānos pubertatis fuit
contra patris voluntatē: vl' maxīe obſtantib⁹ pactis: ad ba-
ptiſma ꝑduci liceret. fuere inſignes viri. q̄ pacta ſeruari: fili-
umq; ſoluta pecūnia: etiā negato baptiſmate: patri reſti-
tui cōtenderent: E diuerſo & preſtātis doctrine alij. pactū
negabant ſeruari oportere: Immo filiū: vel cōtra patris vo-
luntatē baptiſandū. Cuius adſertionis princeps fuit: Ve-
nerabilis & Spectatiſſim⁹ vir: Georgius northofer: Sacre
Theologie doctor: q̄ & in eam rem publice diſputauit.
Ego cū in tanta diuerſitate: q̄d ſequerer: principio fluctua-
rem: Et tñ negocio ꝓfundius expenſo: Trutinatiſq; oīb⁹
que vltro & citro moueri poſſent rōnibus: in eā ꝑtem: q̄ fi-
lio baptiſmū non denegat: tādem inclinarē: putabā ope-
pretium: ſi tota iſtęc diſceptatio: aliq̄nto accuratius exa-
minaret̄: Itaq; ꝑ ociū: tris ſuꝑ ea re queſtiones ſcripſi: forte
non iniucundas futuras. In q̄bus: cū & Theologorū: Iu-
riſq; peritorū: q̄ pro diuerſa ſunt opinione: rōnes operoſe
collegeri. Et inſuꝑ notas nōnullas addideri. Attamen ſe-
quentē & mitiorē opinionē ſecut⁹: iacula in diuerſuz ſtri-

cta ꝑ virib⁹ auertimus: poſterioreq́ꝫ opinionē pulchre ro-
borauim⁹. Quicqd hoc vigiliaꝝ ſit: tibi Henrice p̄ſtan-
tiſſime dedicamus: tuoq́ꝫ noī nuncupam⁹. & merito illud
Tu eñ vn⁹: nec patre ꝙ pecuniā (dū filius reſtitueret) pē-
dere paratus erat. nec militarib⁹ iſtis: quorū alioqui man⁹
impia & pecunię ſitiens eſſe cōſueuit. Nec eis q̇ in diuer-
ſum hortabant̄ curatis: filiū iudei: in tuam tuitionē ſuſce
piſti. Et vt acerrim⁹ fidei noſtre ꝓpugnator: nullo formi-
dato ꝑiculo: eum publice in ecclia Beatiſſime virgis ma-
rie: mirifica ſolēnitate: concurſu plebis maxīo: fonte ſalutis
lauiſti. Hanc animā: velut e Cerberi faucibus ereptā: deo
noſtro ſaluatori lucrifaciendo. Nec tñ eo cōtentus: bapti-
ſatum etiā in tuam adnumeraſti familiā: quē & tuis edu
cas ſumptibus: & ludo literario: moribus & ſtudijs hone
ſtis obſeruandū tradidiſti. Memorabile hoc eſſe facinus
& predicatiōe quā maxīa dignū: qs negauerit? Plura tñ
ſunt: q̄ te maiore extollūt p̄conio. Paſtoral' fides ſupra ex-
emplū ęgregia: ſubiectoꝝ cura vigilātiſſima: & in rebus
alijs: cū mirifica hūanitate: ꝑſpectiſſima prudentia. Mitto
hic q̄nta tibi in verbis diuinis elucidādis ſit facūdia: qui
quoties cōtionaris: velut torrēs impell' anīos. & quoquo
voles īpetu trahis. teſtiꝫ eſt abſurda quondā iſta auctionū
nundinatio: q̄ in ecclia noſtra: cōtra legē diuinā: vetuſto
ritu ꝓclamabat̄: te auctore abolita. Teſtes mlti abuſus: ml'
ti ſiniſtri mores: quos e medio ſuſtuliſti: Et vt alia in te inſi
gnia (ne adulari videar) preterā: hoc vnū tacere neq̄o. Q,
amicos tuos ſolidiſſima fide ꝓſeq̄ris: bñficijs adobruis li-
berrimis. Qđ cū in alijs mltis: tū in me ipſo q̄ꝫ maxīe te-
ſtatū relinqt̄: Cuius curā iam mltos ānos. vſq́ꝫ adeo fide-
liter excepiſti: vt nihil vnq́ꝫ obmitteres. qđ rebus iuris ſub
leuādis cōferret. Que cū ita ſint. labores iſtos meos q̄ꝫlibꝫ
exiguos, dedicare tibi ſic ex merito debui: Ita vltro volui

De iudeis

Quos eq̄ūo excipies animo: Remq̃ ipſam (ſi quando ocium ſit) peruagari non dedigneris. Inuenies enim dicte diſceptationis veritatem: non ſolum mea exiguitate. Sed etiam eleganti additione Theologie: conſumatiſſimi doctoris Georgij predicti: in calce p̄ſentium adiecta. pulchris ni fallar rationibus: contra communia doctorum ſenſa: excuſſam & elucidatam. que tunc fidelius defendes: quod plurimorum creduntur iudicium ſubitura.

Vale.